

quidem et vere Bias aranearum telis leges comparabat, quod illas fortia animalia rumperent, exigua ibi caperentur⁽¹⁾: unde proverbium insuevit, ad cohibendos minores⁽²⁾ edicta fieri. nec minus quidem prudenter Senior nostre memorie, qui haud temere inter prudenter 5 tissimos principes et quidem primus⁽³⁾ habendus est, leges capraru[m] pellibus solebat assimilare, quod interpretatione iudicantium in omnem partem extendi atque retendi possent⁽⁴⁾. ne igitur aut rumpi aut extendi contrahive plus quam equum est leges possint, necesse est esse aliquem qui plus legibus possit, et, ne quid im- 10 pune contra leges ac iura fiat, perpetuo provideat.

Nunc autem dicenda est nobis^(c) causa quamobrem plures ex regibus ac dominis mali sunt, et est quidem expedita responsio: propter id quod plures ex hominibus mali quam boni sunt; sed dicendum est id paulo latius. evenisse opinor eo tempore, si quod 15 unquam tale tempus fuit, quo homines in nemoribus montibusque passim ac more beluarum vagarentur⁽⁵⁾, ut essent quidam prestantes viri, qui possent alios regere, quorum artibus effectum est ut homines una cogerentur et in communionem civilitatemque se coniungerent⁽⁴⁾, hos autem et *(eos)* qui ab eis descenderent ut principes 20 colerent. inde factum est ut posteriores, crescentibus cum copia vitiis, a superioribus suis degenerent^(d), et, quo plus posse se videant, eo magis insaniant. ac simili quidem modo fieri solet, ut, cum quis virtute ac gloria militari magnum aliquando regnum adeptus est, aut, moderatione prudentiaque prestans, ad tollendas seditiones 25 tumultusque ab suis civibus in principem electus est^(e), ille pru-

(a) *Codd. mores PM (c. 119)* annota in marg.: « Ita uterque codex, sed minores « hic dici sensus postulat. In marg. 4ⁱ legitur alii motes ». In realtà però, la postilla di B³ suona: « Al. [cioè alii oppur aliter] motos ». Di qui l'emendamento del Combi animi motus (*sic!*), con la nota: « la frase scelta è di Cicerone ». Forse, trattandosi d'un proverbio, si potrebbe congetturare mures oppure meliores. (b) B³ et primus quidem (c) B³ nobis est (d) B degenerarent (e) La trascrizione del frammento in Ra non va oltre electus est

(1) Questo detto va correttamente attribuito ad Anacarsi. Cf. VAL. MAX. *Fact. et dict. mem.* VII, II, ext. 14.

(2) Probabilmente un detto che si ripeteva nella cerchia di Giovanni da Ravenna, cancelliere di Francesco il Vecchio.

(3) Cf. CIC. *De invent.* I, II, 2: « nam « fuit quoddam tempus, cum in agris « homines passim bestiarum modo va- « gabantur ».

(4) Cf. CIC. *De offic.* II, XII, 41; XXI, 73.